

privilegiis. Revocat etiam Clemens. Dudum de Sepult, in qua inseritur super Cathedram, & etiam Concilium Lateranense sub Leone. 10. in quo multa Fratrum privilegia sunt restric-
ta: et Paulus. 4. concedit, ut non obstante il-
lo Concilio intelligantur omnia approbata
confirmata & de novo concessa. Quid? quod
omnia Fratrum privilegia in Lateranensi Cō-
cilio anno 1516. per Leonem. 10. restricta: fue-
runt postea per eundem Leonem restricta, &
in suam pristinam dignitatem redacta: ut pa-
ret per Bullam in Marimago. fol. 69.

¶ Pro huius revocationis & non obstan-
tiarum intelligentia exactiori primo in me-
moriā revocari oportet ea quae supra dixi-
mus, ver. Communicare, in expositione Cle-
mentine Religiosi de Privilegijs.

¶ Secundo, ut intelligatur in quo per hoc
privilegium derogatur iuri communi expres-
so in Clement. Dudum de Sepult. Vienensis
Concilij[de quo Couarruuias, in Rubrica de
Testamentis, & Nauarro in cap. Si quando de
Rescriptis] est aduertendum, q[ue] in dicta Cle-
mentina Dudum, multa ordinatur precipiu-
tur et mandatur. ¶ Primo, q[ue] in Ecclesijs pa-
rochialibus Fratres Prædicatores, & Minores